



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/291535>

THESES
IURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ISAACI DOEDES,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS IURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN IURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

IANUS HENRICUS POST,

e pago Eck en Wiel,

A. D. I. M. IULII, A. MDCCCLXIV, HORA III.




Traiecti ad Rhenum,
APUD I. GREVEN.
MDCCCLXIV.

THESES
MÉDICOES INAUGURALES

JACOBI ISAACI DODDRI

Pro Gradu Doctoratus

JANUS HENRICUS POST



Typis I. van Boekhoven.

THESES.

I.

Locator aedium in invecta et illata subconductoris
jus pignoris non habet.

II.

Nulla antinomia est inter § 2 Instit. de societate et
l. 30 D. pro socio, quae non indiget emendatione.

III.

Si procurator, cui res tradita est, ut dominus acquirat, apprehendit animo sibi vel alteri habendi, tamen mandanti acquiritur.

IV.

Usucapio pro herede non prodest bonae fidei possessori.

V.

Cum eodem tempore mandans et ejus nomine mandatarius matrimonium ineunt, neutrum matrimonium valet.

VI.

Mater, quae tutelam recusavit, testamento tutorem liberis dare nequit.

VII.

Administrator ex art. 418 C. C. creari potest, etiam tutore testamentario vel legitimo rogante.

VIII.

Qui ipsius rogatu propter mentis debilitatem cura-

torem accepit, nec matrimonium contrahere nec testamentum facere potest.

IX.

Usufructuarius, qui aedificia construxit in fundo fructuario, uti potest art. 658 C. C.

X.

Emtio venditio, per literas contracta, tum demum contracta est, quum emtor de venditoris, venditor de emtoris consensu certior factus est.

XI.

Art. 40 legis francicae diei 22 m. Frimarii anni 7^{mi}, articulo 1910 C. C. sublata non est.

XII.

Declaratio unius testis non prorsus caret vi probationis.

XIII.

Assentiendum videtur Ampl. KIST dicenti: (Het Handelspapier blz. 15) „De actie in art. 148 Wetb. van Kooph. vermeld, is geene wisselactie.”

XIV.

Si navis secundum aestimationem, in polizza indicatam, adsecurata est, omne quod in avariam grossam contribuere debet, resarcire tenetur adsecurator, licet periti in computatione majorem aestimationem navi adscripserint.

XV.

In casu art. 767 C. M. heredibus debitoris cum defuncti creditoribus concordatum inire licet.

XVI.

Forocedenti post concordatum vel repudiatum vel a iudice non homologatum, novum concordatum proponere non licet.

XVII.

Sententia iudicis, in qua non omnia adsunt lege requisita, non tamen semper nulla est.

XVIII.

Multa in art. 339 C. P., qui nimis arcte conceptus videtur, bonis moribus non adversatur.

XIX.

Minus probandum, in C. P. nihil de homicidio in rixa commisso statutum esse.

XX.

Improbanda est FEUERBACHII sententia: in quolibet delicto contineri juris laesionem.

XXI.

Nec confessio, nec voluntas delinquentis exigitur ad impetrandam gratiam, quippe quae est, ut recte ORTOLAN dicit: „*un complément nécessaire de la pénalité sociale.*”

XXII.

Appellatio in criminalibus admittenda est.

XXIII.

Judici licet inquirere, an lex quaedam legi fundamentali adversetur.

XXIV.

De onbeperkte verdeling van den grond is niet nadeelig voor de maatschappij.

1915219

10

XXV.

Het sluiten van een huwelijk te bemoeijelijken is geen aanbevelenswaardig hulpmiddel tegen het pauperisme.

XXVI.

Met regt zegt BASTIAT: „*toute mesure législative qui rend la vie matérielle difficile, nuit à la vie morale des nations.*”

